



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

Secundum Privilegium, in quocunque loco.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

gandete Presbiteros non Religiosos, qui forte socij sunt in missionibus talium Religiosorum: quia Privilegium est personale, id est, concessum solis Religiosis.

6. Petes: quilibetne fidelis poterit interesse ejusmodi Sacro & satisfacere præcepto de eo audiendo in debuis f. stivis? Respondeo, quemlibet posse. Ita Azor. Suarez, Tol. Barb. apud Dianam p. 6. tract. 3. ref. ultim. §. Quod autem possimus. Ratio est, quia præceptum hoc non arctat Fideles, ut in tali, vel tali loco audiant, sed ut audiant Missam. Quod si textus c. de Parochiis contrarium dicat, jam is est usi, & consuetudine derogatus. Confirmatur, quia quando Pontifices volunt, ne in aliquo loco fideles, audiendo Missam, possint præcepto satisfacere, id diferte declarant, ut passim, nunc observatur in Brevibus. per quæ Oratoria privata conceduntur de quibus infra §. 4.

Secundum Privilegium concessum Mendicantibus celebrandi in quocunque loco, etiam extra Missionem.

7. In Corpore juris c. in his de privilegijs, amplum privilegium conceditur Fratibus Prædicatoribus, & consequenter communicantibus in privilegijs. Mirari compellimur (ait Honorius Pontifex) quod cum Fratibus Prædicatoribus, & Minoribus duxerimus indulgendum, ut ubique fuerint, sine Parochialis juris præjudicio, cum Altari valeant viatico celebrare, quidam nimis stricte interpretando indulgentiam nostram, nituntur asserere, quod per eam prædicti Fratres, præter Prælatorum assensum, facere hoc non possint: propterea quod eos celebrare, juxta indulgentiam Apostolicam, non permittunt. Cum autem nihil eis conferret memorata indulgentia, sine qua id Prælati ammentibus, liceret eisdem; Fraternitati tuæ mandamus quatenus interpretatione hujusmodi reprobata, dum tamen ab alijs, quæ jure Parochialis proveniunt prorsus abstineant, datam eis licentiam celebrandi, auctoritate nostra non differas publicare, ita quod dicti Fratres aliquando ex indulgentia nostra videant, in hoc gratiam consecuti.

8. Hæc Honorius, quæ deinde confirmavit Innocentius Quartus, Sixtus Quartus, alique Pontifices, apud Rodr. in comp. ref. 9. n. 4 & 8. & apud Pasqual. decis. 174. & 176. & Paulus III. in Bulla, Licet debitum, sic ample concessit. Licet Præpositis & de eorum etiam facultate universis Fratibus, & Socijs Societatis in locis, in quibus degunt, & eos, pro tempore mutari contingere, habere Oratoria, & in eis ac quocunque alio honesto, & congruenti loco in Altari portatili, cum debita reverentia & honore celebrare.

9. Vbi nota, his privilegijs non gaudere Sacerdotem exterum, forte socium Religiosi, ex dictis n. 5. & contra, ibi satisfieri præcepto audiendi Sacram à quocunque Fidei, per ea quæ diximus n. 6.

10. Circa quæ adhuc dubitabis, primo, an Honorij dictum privilegium sit revocatum per Concilium Tridentinum, sess. 22. decreto de observand. in cel. Miss. & idem quæri potest de dicto privilegio Pauli III. allato n. 8.

Respondeo, esse revocatum docent plures, Navar. Azor. Suar. Fag. Barb. Coninch. alique citati à Pasqual. dec. 54. sed immerito, nam propterea, Uterque Rodr. Portella March. Delugo, alique apud Dianam p. 9. tract. 3. ref. 39. & Pasqual. decis. 54. probabiliter negant. Ratio facilius horum debet esse, quia Tridentinum solum decernit, ne Episcopi patiantur, privatis in domibus, à secularibus, vel Religiosis Missam celebrari. Donec igitur Episcopi prohibent, seu contradicunt, non est revocatum privilegium celebrandi, etiam in Cameris secularium, etiam in cameris proprijs Religiosorum, hoc enim significat illud (ubique fuerint) quidquid dicat Rodriq. in compend. ref. 9. n. 9. alique apud ipsum, modo sit locus decens, & aptus, ut semper supponitur.

11. Quod dicimus de privilegio Honorij, idem propter paritatem rationis dici posset de privilegio Pauli III. allato dict. n. 8.

Dices: Gregorius XIII. concedens Patribus Soc. simile privilegium, sed restrictum ad solos M. res, ut retulimus n. 3. asserit hoc privilegium Pauli III. allatum dicto n. 8. revocatum fuisse à Tridentino.pondeo primo, Gregorium id supposuisse à Tridentino plurimum modo dicta. Respondeo secundo, id magis æstimari privilegium Honorij in corpore insertum, quam hoc Pauli III.

simile privilegium, sed restrictum ad solos M. res, ut retulimus n. 3. asserit hoc privilegium Pauli III. allatum dicto n. 8. revocatum fuisse à Tridentino.pondeo primo, Gregorium id supposuisse à Tridentino plurimum modo dicta. Respondeo secundo, id magis æstimari privilegium Honorij in corpore insertum, quam hoc Pauli III.

12. Dubitabis secundo, quis importet illud (sine prejudicio Ecclesiæ Parochialis.) Respondetur, certate, ut id fiat à Religiosis non exigendis primicias, secundo primitias, uno verbo celebrantibus debentur Parocho de jure, ex eo quod Sacramentum nistret. Ita declaravit Sixtus V. apud Rodr. in comp. n. 6. Tambur. de jur. Abbat. t. 1. d. 28. questio 6. n. 1.

13. Dubitabis tertio. An eodem Honorij privilegio fruatur Pater Societ. Jesu. Respondetur, frui, non est dubium, quia ipsi Mendicantes (posse) nam de facto non fruuntur. Ratio est, quia supra c. 1. §. 2. num. 8. dictum est, ex una parte communitatem cum alijs habet, à suo Generali communicantibus debent, ut ad illum ea referre possint: idem P. Generalis declaravit nemini ex Patribus, fere uti privilegio aliquo, quod non sit in corpore privilegiorum Societatis exscriptum: Cum igitur Honorij, & Pauli III. inibi, nequaquam excludatur, veniat, communicatum ipsis nequaquam excludatur tamen Patres à R. P. Generali illud sibi communicare impetaret, & tunc, illo rite uti, non vetabatur.

Legit. Delugo, lib. 1. ref. m. dub. 3. qui negat Privilegium Societatis posse dare facultatem celebrandi nostra Aula V. G. ubi fieret Præceptum Domini, nobis cri ejusdem Natalis, nisi Aula pro semper deputata Sacra; hanc enim deputationem requirit Privilegium Provinciali concessum.

Tertium Privilegium concessum Mendicantibus de Oratoria privata in suis domibus, ubi per modum habitus indifferenter ab omnibus celebratur.

14. Extat de hac re privilegium Patribus Societ. & consequenter cæteris communicantibus concessum Greg. XIII. post Trident. cum clausulis illud diffinitè derogantibus, in quo datur facultas, ut in Oratorijs, & Capellis, quæ Provinciales Societatis, ipsos, domibus, Collegijs, & al. locis, ubi aliquæ cæteris resident, approbaverint, Missas, & alia divina Officia celebrari possint, nullis alterius ad illa sita licentia. In compend. Privileg. Societ. V. Oratoria.

Ex illo (per se ipsos) enascitur difficultas. Quid ergo non per alium? Respondeo de hac difficultate, ferte agit Delugo citat. dub. 14. concluditque hoc privilegium committere Reçtori V. G. ut ipse Reçtor approbet deputetque, posse tamen Reçtori committere ut ipse judicet de decencia loci, quo judicio à Provinciali accepto, etiam eo remote agente, poterit idem Provincialis absens per litteras approbare.

15. Differt autem hoc privilegium à præcedentibus. Illa enim dant facultatem celebrandi in quocunque loco decenti, sed per modum actus, à solis Religiosis, hoc vero in oratorijs ad ipsum Sacrificium deputatis, per modum habitus, ac veluti permanentes, & quibus indifferenter ab omnibus ibidem posse Fideles assistere præcepto de audiendo Sacro, non est dubium, ut supra n. 6. in simili diximus.

16. Illud nota, Patribus Soc. adesse hanc restrictionem. Non mutantur Provinciales (sunt limitationis verbi ibid.) hac facultate, nisi in locis remotis ab oppidis, in quibus Ordinarij existunt, ut ibi probabiliter timeatur quod cum opus fuerit difficles se exhibebunt ad hujusmodi Oratoria deputanda.

17. Vides restrictionem? qua, quia non tenentur alij Religiosi communicantes (cum supponamus à Provincialibus non fuisse restrictos) libere Privilegium sui